



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660**

S. Meinvlphvs C. 5. Octobris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42032**

illa Matrem vicariam cælo MARIAM advocavit, nunquam abhinc orba futura. MARIA porro filiz suæ sponsum Filium conciliavit, quando ex sanctoribus amoribus Seraphinus ales cor THERESÆ terebravit. Ipse amor hominum Christus, quò certius illam fauciaret, sua vulnera dilectæ impressit, occulta tamen, ut ferè solet amor. Adfuit deinde sæpè sponsæ, nunc cruce pro more chlamydatæ, nunc spineâ, quæ illum maximè decet, corollâ ornatus, nunc qualis mortem triumphavit, conspicuus. Arrhæ ab eodem datæ gemmæ quaternæ & pendulæ è Rosario Crucis additæ, Dos verò omne cælum: cujus opes cum quandoque THERESÆ CHRISTVS ostentasset, *Viden' ajebat, (tute tibi lector dictû putâ) quantis se bonis peccatores spoliens?* Sed & veste nuptiali cum Ordinem, quem Carnelitarum dicimus, restauraret, Virgo MATER & VIRGINIS SPONSVS IOSEPHVS cælo allatâ exornarunt, ut nihil jam ad nuptias deesset, nisi quæ faciem præferret, anno MD. LXXXII. mors beata. *Ex vitâ.*

*Prudenter sagittari, & impugnari salubriter postulat sanctus, cum dicit in oratione, Confige timore tuo carnes meas. Optima timor iste sagitta, qui conficit & interficit carnis desideria, ut spiritus salvus sit.* S. Bernard. serm. 29. in Cant.

S. MEINVLPVVS C. 5. Octobris.

VIX MEINVLPVVS illa Christi verba audierat: *Vulpes foveas habent, & volucres cali nidos, Filius autem hominis non habet ubi caput reclinet,* cû apud se constituit non solû Christo locum in animo suo facere (ubi enim ille libentiùs nidulareretur?) sed & templum ponere. Circumspicienti aream, de-

lapſa caelo in ſilvas lux & cervas inter crucem  
cornu præferens cervus ſignavit. Eo igitur in loco  
Deo & virginibus ſacris domicilium, ſibi tumu-  
lum ſtruxit: cui cum mortuus inferendus eſſet,  
ecce magnâ VIRGINE volente, tam diu vitæ reſti-  
tutus eſt, dum res templi & cœnobii compone-  
ret. Multò poſt apertus ſuâ ſponte tumulus cym-  
balum offendit, quo divus in ſacris Miniſter vitæ  
ſolitus erat. Hoc deinceps, quoties virgo ex alce-  
terio moritura erat, ſonitu ſuo mortis inſidias de-  
texit. Ipſe Divus bis viſus in ſomnis, bis è vitio-  
rum veterno excitare clientem, qui à cubiculis illi  
fuerat, laboravit. Sed ille in utramque aurem  
dormivit. Ergo tertium adeſt, & multis objur-  
gans, quòd mortis æternæ reus dormiret tam  
altum, viſionis non vanæ argumenta vaticinatur.  
Hic demum experrectus alter, & barbam ſibi  
evulſam ſentiens, credere monenti, reſpiſcere, ad  
templum MELNYLPHI properare: & cum illic tu-  
dis antè, & nec primis literis inſcriptus, ſubito Latinæ  
linguæ peritiâ accepiffet, aræ miniſtris vel idèd  
ſe faciiliùs ſociare, quòd attonſus jam à ſomno  
eſſet. *Ex Surio.*

*Cur non conſideras, quia mundus in fine eſt? om-  
nia urgentur; quotidie ad reddendas rationes ater-  
no & tremendo Iudici ducimur; quid ergo aliud  
niſi de adventu illius cogitare debemus? qui ſive  
volentes, ſive volentes, per momenta, quotidie  
ad finem tendimus. S. Gregor. in Regiſt. l. 6.*

S. BRVNO CONF. 6. Octobris.

**Q**uo tempore D. BRVNO Lutetiæ Pariſiorum  
ingenium bonis artibus excoluit, vir è vitæ  
exceſſit princeps inter literatos, quiq; virtutis  
exiſſima